



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ethices Christianae, Libri Tres

Daneau, Lambert

Genevæ, 1579

Cap. XV. De externis nostrarum actionum causis, quæ efficienes dicuntur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41242



CAP. XV.

De externis nostrarum actionum causis, quæ
efficientes dicuntur.



X T E R N A E VERO nostrarum (id est
earum, quæ hominis propriæ sunt) a-
ctionū causæ variæ & multiplices
explicari, atque recenseri possunt: è
quibus etiam ipsis aliæ sunt viciniores & pro-
pinquiores causæ, aliæ remotiores, & magis alien-
æ. Ac primùm quidē rectè Arist. τεία δέιν, ait,
Ἐτῶν ψυχὴ τὰ μέντα περὶ ζεύς ἢ ἀλδέας, αὐτὸν τοῖς,
ὄπερις, id est, *Tria sunt in animo omnis actionis*
& cognitionis nostra principia, sensus, mens, appetitio. Nam si vniuersum actionum nostrarum
genus quatenus illæ sunt vel naturales vel mo-
rales spectamus, certum est quicquid vel natu-
ra impellente, vel recta educatione & ratione
monente facimus, illud omne vel à sensibus no-
bis insitis, vel ab appetitus nostri vi, vel à luce
mentis proficiat. Naturalium enim actionum
quæ dicuntur, & sunt nobis cum brutis commu-
nes, causæ in nobis ferè sunt duæ, sensus & ap-
petitio naturalis. Moralium autem, & earum, in qui-
bus rationis laus, vel vituperatio aliqua verfa-
tur, actionum fons & causa in nobis est, partim
mēs ipsa & ratio qua sumus à Deo prædicti, par-
tim etiā voluntas nostra. Sed ille causæ non sunt
externæ, id est, extra nos, quemadmodum antea
docuimus: sed interna & verissima, & proxima
nostrarum actionum principia. Nos autem de
externis

externis iam quærimus, non autem de internis. Itaque illæ iam explicatæ causæ ad hanc quæstionem non pertinent. Sed nec eiusdem autho-
ris in eodem opere alias locus, qui est libro 2.
capite 5. hîc spectandus est, ubi ait, *Tria esse in
animo, que nostris omnibus actionibus, imprimis au-
tem moralibus, tanquam substantiæ sunt, & causam
præbent.* Illa autem sunt, affectio, quam appelle-
lat *m̄dos*. M. autem Cicero libro 1. de Officiis
*appetitū & appetitum: facultas, quam idem Aristoteles
dīvapar: & denique habitus, quem ille vſi-
tato nomine. ζει dixit.* Est autem *m̄dos*, siue
*appetitū hoc loco, id est, affectio siue appetitus, com-
motio quædam nobis ad aliquid expetendum
naturā ingenita, ne lapides, & stipites essemus.*
Δίναπος autem & ζει quid sint, postea dicetur.
Sed illa tria non sunt externæ actionum nostra-
rum causæ, immò potius earum tanquam materia
quædam, ad quam expoliendam virtutes acce-
dunt. Quid igitur? Maximæ & præcipuæ actio-
num humanarum causæ, quæ externæ dicendæ
sunt, rectè enumerantur duæ primariæ: duæ au-
tem secundariæ & accedentes. Ac primariæ
quidem

Dolor	Praua
vel,	Secundariæ
Voluptas	Honestæ institu- tio siue educatio.

Præclarè enim à Platone acceptum refert Ari-
stoteles libro 2. Ethic. cap. 3. Διὸ δὲ οὐχ θαύμως εἰ-
δεῖν τέλον, id est, oportet nos ab ipsa incunente æ-
tate quodammodo esse institutos, ut boni eu-
damus, vel pessimi. Inde & illud natum, quod
tam sæpe in libro περὶ πάθεῶν ἀγωγῆς inculcat Plu-

Cap. 15. E T H I C . C H R I S T .

tarchus, *Educatio altera est natura.* Sed ut illud de educatione verum est, ita de voluptate quoque verum est; magnas ex voluptate, vel dolore, quem sentimus, ad bene vel male agendum occasiones afferri. Id quod ipsa rerū experientia tam apertè docet, ut nihil sit in hoc probatione vel argumentis opus. Abducunt enim sāpe nos voluptates blandissimæ dominæ, ne faciamus officium: itēmque dolores animi, & corporis cruciatus nos terrent, & auocant, ut maxima ad bene beatèque viuendum adiumenta consequutus videatur, qui quibus rebus oportet vel dolere, vel delectari potest. Sed præter voluptatem & dolorem sāpe ad agendum lucro vel damno homines ducuntur, & alliciuntur. Nam agit ea ferè lubentissimè quisq;; ex quibus commodum aliquod sperat: detrēctat autem ea, in quibus aliquod suum incommodum videt versari. Vnde fit, ut commodum sicuti suaue inter causas externas bene vel male agendi recenseri possit. Cæterū odium quoque, amicitia, metus, cæteræque animi vel affectiones, vel perturbationes, inter externas actionum nostrarum causas recensentur, sed remotiores. Omniū virtutum seminarium pietas ab Ambrosio nominatur rectè. De quibus omnibus vna hæc regula est statuenda: Ut in turpibus quidem actionibus, quò minus eæ causæ externæ, in hominis ingenium & mentē cadunt, eò actiones ipsæ turpiores habeantur. In actionibus autem honestis, quò magis eæ causæ externæ, in viris bonis spectantur & probantur, eò quoque actiones ipsæ nostræ laudabiliores atque

que honestiores esse censeantur. Et de causis quidē actionum nostrarum tum internis, tum etiam externis, hactenus. Veniamus ad earum tum subiectum, tum etiam materiam, & obiectum, quod appellatur.



CAP. XVI.

De actionum, quæ hominis proprie sunt, tum
subiecto, tum etiam materia
& obiecto.

EQUOD autem sit actionum eorum quæ hominis proprie sunt, subiectum, variè quæsitus est. Quan-
dū enim omnes virtutes, etiā ex, quæ
per corpus operātur, in animo habitant, quemadmo-
dū lib. I. De nuptiis ca. 4. præclarè scribit Augustinus: non est tamen sola hominis anima om-
nium actionum, quæ hominis proprie sunt, sub-
iectum. Nam actio totius *ὑφισανερου*, & indiui-
dū proprium effectum & opus est, id est, animi
& corporis communis agitatio & effectio, non
solius animæ, non item solius corporis propria:
quemadmodum ipsa sensatio est corporis & a-
nimi communis quædam operatio, vti constan-
ter docetur in Philosophorum scholis. Quæ e-
nim agimus tanquam homines, ea partim ra-
tionis imperio, partim corporis ministerio effi-
cimus, vt vtraque nostri pars suam in iis actio-
nibus vel laudem, vel pœnam meritò reportet.
Sic peccata puniuntur, sic virtutes ipsæ à Deo